



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Item de consuetudinibus ecclesiasticis obseruandis. cxxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

respondemus, non quòd te aliqua ignorare credamus, ut maiore autoritate, vel tuos instituas, vel si qui à Romana Ecclesiæ institutionibus errât, aut commoneas, & indicare non differas: ut scire valeamus, qui sint, qui nouitates inducunt, aut alterius ecclesiæ quàm Romæ existimant consuetudinè esse seruandam.

Ut consuetudines ecclesiasticæ pro lege sint tenendæ.

Cap. CXXVI.

Augustinus dicit ad Casulanū presbyterum.

IN his enim rebus de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi Dei, vel instituta maiorum proge tenèda sunt, & sicut præuaricatores, legum diuinata contemptores consuetudinum Ecclesiasticarum cendi sunt.

Item de consuetudinibus ecclesiasticis obseruandis.

Cap. CXXVII.

Ex dictis Basilij, cap. 27.

Ecclēstiarum institutionū consuetudines quales scripturis, quasdā verò apostolica traditione percelliones in mysterio confirmatas accepimus, quibus virtus, & idem vtrisque pietatis effectus quin sit, quisque vel aliquantulum sacrarū expertus scripturas hæsitauerit? Si enim attentauerimus consuetudines Ecclesiæ, non per scripturas à patribus traditas nihili æstimare, quantum religio detrimenti latura sit despicienter liquidò constabit. Quæ enim, ut inde ordiamur, scripturæ salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? Multiphariam digesta super panem & calicem prolina rationis & consecrationis verba commendauit? Nam modò quod in Euangelio continetur, vel apostolo incretis dicimus, sed & alia per plura adiicimus, magis quasi vinum consummandis accommodata mysteriis. Orientem versus nos orare literarum forma præstitit. Benedicimus fontem baptismatis, oleum vntionis, & accedit quòd ter immergimus quos baptizamus, oleum mus, verbis abrenūciare Saranæ & angelis eius infirmus. Vnde hæc & alia in hunc modum non pauca quia tacita ac mystica traditione à patribus ecclesiasticis more reuerentiori diligentia sunt in mysteriis obseruato silentio, quàm publicata scripto.